

XLIV. 1774.
43
G A M E L I O N

Ornatissimis & opt. SPONSIS

Dn. A V G V S T I N O

C R V S I O, P A T R I C I O

H A L E N S I,

E T

Belliss. Virgini M A R G A R E T A E,

CLARISSIMI DOCTISSIMIq̄,

VIRI, Dn. M. CHRISOPHORI CÆSA-

ris, inclytæ scholæ salinarum Recto-

ris, digniss. FILI A E,

Scriptum à

I O H A N. O L E A R I O,

S. S. Theolog. D.



Ex Officina

P A V L I G R A E B E R I.

AD PARENTEM SPONSÆ CLARIS-
SIMVM, DOCTRINA & MERITIS PRAE-
stantem virum Dn. M. Christophorum
Cæsarem H. Scholæ Rec-
torem.

SIC ubi terribiles agitarunt æquora venti
Vel media in bruma blandior aura micat.
Halcyones Thetidos famula quò tecta laremq̃
Fingere, & in nidis iungere rostra queant.
Halcyones thalami casti mirabilis Icon,
Halcyones sancti pulchra figura gregis.
Halcyonea suis Bonitas ita summa Tonantis
Destinat, ac letas fata per aspra vices.
Nam si perpetuis foret affligenda procellis,
Diffluat in laceras fracta carina trabes.
Nunc cruce quando suos benè castigavit acerba,
Proiectis ferulis iubila leta vocat.
Nec sunt irreduces populo valedicere plausus,
Sed nebulis pulsus astra serenat humus.
Te quoq̃ nunc melior, charissime Compater, aura
Ventilat atq̃ domus pignora chara tue.
Dum Iubilans ite auspiciis melioribus annus,
Iubila sunt Nata leta canenda tue.
Iubila, que patrij pertentant intima cordis
Iubila, queis mater cuncta minora putet.
Ergò Redemptoris, velut in Gahlaide Cana,
Gratia, nunc tristes in mera mutat aquas.
Leta novis sponsis meritissima carmina: latum
Hoc iubar insigni debet ovare nota,
Sollicitudo procul; procul hinc prius orta faceffat
Anxietas, nimis irrediuiua pijs.
Redditus est natus tibi, dum gener obtigit iule,
Eximie tua quem cura p̃terna probat.
Redditus est natus, quem vix eluximus ambo
Quandoquidem gener hic filius alter erit
Ergo Deo gratiq̃, hilaresq̃, hac luce fruamur,
Qui retulit letas post mala tanta vices.
Atq̃ novis Sponsis Hymencia vota sacremus;
Moris id est, mandat fœdus amoris idem

Johan. Olearius D. Compater amanti s.

ALIVO.

A L I V D



Rospera lux Agathæ tibi Dorotheæq;
 (secundis
 Sponse oritur thalamis Margaridiq;
 (tuæ

Omina nominibus (quis id inficiabi-
 tur) insunt

Nominaq; ominibus nobilitanda bonis.

Ominibus pulchris lingua calamoq; fauendum

Et modulanda bono sunt bona verba die.

Virgo fuit præstans Agathæ, pietate, pudicis

Moribus, ingenio, nec speciosa minus.

Nomine digna suo: nomen sermone Pelasgo

Signat (ut et factis præstitit ipsa) Bonam.

DOROTHEÆ nomen, donum caeleste Iehovæ

Denotat. ò thalamis omina digna novis!

Religionis apex & inexpugnabile robur

Constantis fidei nomen utriq; dedit.

Nomen utriq; dedit: colit has Ecclesia dotes

Virgineas; faustos ut notet hisce dies.

Quod iubar ominibus magis est illustre serenis,

Quàm quod ab æterni fulget honore Dei?

Margarin ergò hodie tibi dextra benigna su-

Egregiũ munus donat habere DEI. (premi

Magarin eximia forma BONITATE venustã:

Moribus & niveis, & pietate parem.

Margarin, electas precio, qua diuite gemmas,
Unde etiam meritum nomen adeptas, praeit.
Pluribus illa prociis dudum votisque petita
Munere diuino nunc tibi Sponse datur.
Sincerae pietatis amor tibi destinat illam
Quam patris & soceri fecit utriusque labor.
Quam genitrix, auique preces, matrisque sorores
Costides, & generis clara corona probat.
Ex uno pietas sincerior hausta magistro
Irresolubiliter pectora bina ligat.
Ergo DEI DONO tali, cultissime SPONSE,
Gaude & ei grates, qui dedit istud, age.
Ut domus, & fundus, rutilantis fiscus ut auri
Sape parentali sedulitate datur:
Sic venit è DOMINI proprie pia nupta favore,
Testis ut altiloqui vox Salomonis ait.
Munere caelesti pia cui non obtigit uxor,
Obtigerit nunquam: Sors ibi nulla valet.
Hanc sociam vitæ, curaque leuamen amato:
Margarin hanc superans unio nullus erit.
Pro sapientia quæris? non est sat a sanguine Regum:
Casaris at magni nomen opusque gerit.
Casaris illius, teneræ cui cura iuuentæ,
Incluta cui nostra credita sceptraschola.
Sceptraschola nostra, qua Casariana trophæa
Barbarie ex media, per tria iustra refert.

Nos

Nec reor inuicti magis admiranda RODOLPHI
De toties casis signa relata Getis.
Rex Regum, Dominus Dominantium, casar
Debet in his terris, Imperijq; caput. (haberi
Caesaris at quana grauior prouincia, quam quod
Tartarcos Hostes, Barbariemq; fugat?
Et scelerum facies diras, portentaq; vincit:
Aginina Turcarum quas scelerata fouent?
Gymnasiarcha pio facit hoc commune Monarcha,
Castra fugans, ipsis Barbariora Scythis.
Barbariora Scythis, ruditas, inscitia, feruor
Indomitus, petulans ira, tumorq; ferox,
Impietas, maledicta, protervia, rixa, libido,
Ceteraq; et atis probra luesq; rudis.
Non minus Herculeas equauerit ille columnas
Multifidum rescet cum tibi, Lerna, caput.
Qui cerebra innumeris tricis Heteroclitia format
Rectius: Et mores, litterulasq; docet.
Qua pietas Christo, quana cultura parenti,
Qui sua principibus, qui sua danda Deo.
Ergo Mahometicas quod mens Heroica turmas
Usq; profligauit, Diue Rodolphe, tua:
Quod Saracenorum toties de gente Trophaea
Parta: triumphali carmina digna lyra:
Maxima dona Dei, dignissima laude fatemur.
Sunt tamen et doctis ampla trophaea scholis.

Res benè gesta domi, vitijs erepta à profanis
 Materies, etiam fortia facta probat.
 In prima stant ergò acie pugnantiq; virili
 Pectore proq; aris praelia, proq; focis,
 Non modo qui populos oracula sancta, sed illi
 Qui rudis et atis corda tenella docent
 Hos procerum, Regumq; Ducumq; exornat honore
 Et titulis, summi sermo liberq; patris
 Et dubitavit adhuc magni censura Lutheri
 Gloria sit templi celsior, annè schola?
 Gymnasiarcha pius præcellat, Episcopus annè
 Laudibus emineat, seu potiora ferat?
 Ergò pia lætare nuru, lætare venusta
 Margaride: & Christi munere lætus ova.
 Munere lætus ova, Sponse Augustine; tuiq;
 Nominis ut præsul, cœlica iussa cole.
 TV quoq; virginæ decus & flos inclyte cætus
 SPONSA, tui Sponsi læta fruerè bonis
 Quæ documenta parens veræ pietatis utriq;
 Tradidit, amborum pectore sunt rata.
 Hæc socij caput esto thori, fons vivus amoris,
 Et fidei, & thalamo inris utrinq; dati.
 Qui reverenter habent oracula cœlica Christi
 Hisce fruendorum copia semper erit.
 IMMANVELIS eos benediçtio largæ fovebit
 Dulciq; austeras in mera vertet aquas,

Vivite

Vivite felices animis concordibus ambo,
Seculaq; in casto vivite longa thoro.
Exhilarate pios solita pietate parentes
Blandius ut vestra à prole vocentur aui.
Margaridas vincit talis sapientia cunctas:
Terrigenas, natos efficit illa DEI.

Iohan. Olcarius D. V. Feb. ipso nuptiarum die 1600.

Misa meo, quia fecisti nomine, gratum
Meis amicis quod foret.
Nunc iter arripias: optat me summus amicus
Videre Caesar Caesarem
Opto videre meum summum: cum namq; tot annis
Amare nobis invicem
Concessum fuerit, res ipsa monebat, ut unum
Id addiretur deniq;
In nostra quod amicitia non esse putare
Possis habente cetera
Mente coherentes ut & oblectare veniret
Complexus ille corporum.
Tam me multa tamen distincta negotia curis
Morantur ut votum suum
Caesar, & ipse meum, cuius me proximus ardor
Nunc iubeat nuptias
Visere coniviam, non assequar, utq; requirat
absentis excusatio
Iusta fidem merito tunc inventura locumq;
Implere si meas vices
Tu dignere, meumq; locum quo carmine par est
Mittendam ad aures Caesaris.
Ergo veni, properans & abi, vel si mora carmen
Emerdat & limatius
Promittit, tantum fac progrediare, viaq;
Sic metiaris nullis
Ut cum tibi thalami nova gaudia stabit
Et Margarita Cruseus.
Augustinus apud verbiq; ministrum + araq;
Minutenobit dexteram
Cumq; sacerdotis vox irrevocabile fœdus
Corre contestabitur

Adfis

Adhuc maturus satis, & constantis amoris
 Sponsis precere incendium,
 Quod neq; languescat tacite labentibus annis,
 Nec instar vnde crux ruens
 Opprimat equorea, nec vultus deniq; sudans
 Aestu laboris enecet.
 Sed quo prima modo cepit flagrare iuventa,
 Extrema flagret linea
 Vanivmis senij: si quid crucis arbor honestæ
 (Quo Christianus omine
 Gaudis non turbat) portabit a. nantius inter
 Opem laborent mutuam
 Si labor & sudor, si cura domestica seræ
 Eessos remistet vespere.
 Non melius p. tuisse putent sua tempera falli,
 Immunitatem celibis
 Nec propriam vitæ statuunt: habet illa quod æquè
 Fatiget, æquè torqueat,
 Non habet interea, quod fessam, ubi leuet æquè
 Tortamq; solitudinem.
 Nam sua cum thalamum vitis cultæq; novellæ
 Circumdedderunt fertilens.
 Quem pater & Mater cunctetur adire laborem
 Illis alendis? quis labor
 Horum respectu, quibus est seruire paratus,
 Non in voluptatem exeat?
 Quare Crassias cum Cesariana novellas
 Vitæ reponet in domum,
 In mensamq; (reponet enim fœcunda volente,
 Et adiuuante spem Deo)
 Non modò pro nibilo labor omnis habebitur & pro
 Fallente tempus Organa.
 Sed locupletatis quoq; & arca, & arca recondet,
 Promet, quod usus postulat.
 Usus apud sanos & mente & corpore verus.
 Deiq; nunquam non memoret.
 Hæc ibi cum fueris, ubi debes, Musa precata,
 Renunciandis gaudijs,
 Et cum carminibus, quæ quiq; Poëta dicat,
 (Multi dicabunt) huc redi.

Ioannes Antonius Tuntorphinas Ecclesie Eisenbergensis
 Pastor atq; Inspector.

A 2490

ULB Halle

3


003 485 986




sb

kom







XLV. 1774.

43

GAMELION

Ornatissimis & opt. SPONSIS

Dn. AVGVSTINO

CRVSIO, PATRICIO

HALENSI,

ET

Belliss. Virgini MARGARETAE,

CLARISSIMI DOCTISSIMIq̄,

VIRI, Dn. M. CHRISOPHORI CÆSA-


ris, inclytæ scholæ salinarum Recto-

ris, digniss. FILI AE,

Scriptum à

IOHAN. OLEARIO,

S. S. Theolog. D.



Ex Officina

PAVLI GRÆBERI.